



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 139. Minarius Præses e Palatio domum redux sclopeto trajectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI. ret, illum Judices, quantumvis infesti,
A.C 1559. minime damnare ausuri forent: si vero
 Deus aliter decrevisset, maneret ei æ-
 terna gloria, cum ipse coram Deo cum
 Angelis in Beatorum cœtu triumpha-
 ret, ac apud homines egregium virtu-
 tis omnibus etiam amplissimis promissis
 anteferendæ exemplum relinquere: hinc
 sollicitationes amicorum missas ficeret,
 qui corpori ejus, non autem animæ, &
 existimationi consulerent, quin potius
 se constanter ad certamen forti, & in-
 trepida conscientia capeſſendum accin-
 geret. Prævaluere adversus amicorum
 consilia hæ voces, & Burgus mutata
 animi sententia scriptis ad Parisiensem
 Curiam literis testabatur, se non vitæ
 conservandæ, ac producendæ cauſa his
 juris remediis uſum, ſed id factum, ne
 quid prætermiſſe videretur, quod ad
 ius ſuum tuendum pertineret, & ut, quo
 ſæpius cauſa diuiffa eſſet, eo magis
 veritas illuſtraretur: igitur porrecto Cu-
 riæ libello priorem confessionem ut am-
 biguam revocavit, & novam proſuſ
 cum Genevensi conſonam proposuit, in
 qua vehementer contra Pontificem de-
 bacchatus eſt.

§. CXXXIX.
*Minarius Praes e Palatio domum re-
 dux ſclopeto trajecitus.*

Sub

Sub idem ferme tempus Rex literas ac- **Sæcul. XVI.**
 ceperat, quibus Fridericus Palatinus **A.C. 1559.**
 Elector pro Burgo vitæ gratiam summis
 precibus exorabat, rogans, ut hunc Se-
 natorem ad Palatinatum mittere vellet.
 Huic Electoris petitioni fors Rex acquie-
 visset, nisi inopinatus eventus extremum
 illius, pro quo deprecabatur, supplici-
 um maturasset; nam non multo post An-
 tonius Minarius Præses, dum e Palatio
 domum obscura jam nocte rediit, die
 decima octava Decembbris insidiis exce-
 ptus sclopeti iectu trajicitur, atque idem
 quoque fatum Ægidio Magistro, & San-
 tandreano itidem Præsidibus parabatur:
 cum vero Minarius alioqui solutionis vi-
 tæ homo a Burgo tanquam suspectus fue-
 rat rejectus, atque is judicium prosequi
 vellet, hinc accusatus adversus eum
 concitatus ajebat: nisi rogatus sponte
 abstineret, fore, ut ex alia caufsa coa-
 ctus judicio non interesset. Hæc verba a
 præfaga potius, quam conscientia mente
 profecta credebantur, ita tamen recepta,
 quasi Burgus de hoc homicidio aliquid
 cognovisset: de cetero, quamvis hujus
 cædis Auctores nunquam detegi potue-
 rint, casus tamen iste maturando Burgi
 supplicio ansam dabat; verebatur enim
 Cardinalis Lotharingius, ne Rex Pala-
 tini Electoris precibus expugnari se pa-
 teretur, atque injesus gratiam Bur-
 gum

Thuan. l. c.

Sæcul. XVI. gum liberaret: quapropter judicium ur-
A.C. 1559 gebat.

§. CXL.

*Burgus ad laqueum, & rogum
damnatus.*

Thuan. l. c. Itaque tertio post die Burgus lata in
Spond. n. 27. eum sententia ad laquei, rogique sup-
plicium condemnabatur: cum autem
hoc judicium coram illo recitaretur,
nullum perturbati animi signum edebat,
affirmans, quod sincera mente ignosce-
ret judicibus suis, qui eum juxta con-
scientiam Dei judicassent: conversa ta-
men ad ipsos Judices oratione tandem
commotior in hæc verba desit; „jam
„tandem ignes vestros, & incendia re-
„stinquite, atque ad Deum emenda-
„priori vita mentes convertite, ut pec-
„cata vobis condonentur, ac delean-
„tur: iniquus derelinquat viam suam,
„omissisque perversis consiliis ad Domi-
„num convertatur, & ipse ejus misere-
„bitur: vos vero vivite, & valete, o Se-
„natores, & in Deo, ac de Deo indefi-
„nenter cogitate: ego libens ad mortem
„pergo. „ His dictis plaustro impositus,
ac valida ducentorum Equitum, ac qua-
dringentorum peditum armis instruc-
rum turma stipatus ex Palatii carceri-
bus ad S. Joannis plateam, ubi locus
erat pro suppicio destinatus, deduce-
batur,